Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8269
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



38

succeſſit, feudum ſtatim ad ſuam originem, hoc eſt naturam priorem propriam revertitur, cum nec nomen nec naturam ſuam penitus in hac parte mutaverit.

Si sic in dubio ea interpretatio capienda eſt, ut feudum quantum fieri poteſt ſuam propriam retineat naturam, per not. in c. de feud: non habente propriam naturam feudi, DD. in c. i. §. praterea. Quid ſit Innoſt. Molin. & cons 50. n. 17. et per ſupra latius adducta &c.

Inde in specie traditur, pacta naturæ feudi propriæ adverſantia potius pro non ſcripta, quam realia indicari. Alex: cons. 86. in fin. Vol. i. Sati Natta cons. 163. n. 15. Burs. cons. 131. n. 55. & ſeq.

Et ubi feudum à maſculo quæſitum, ſi ex pacto ad fœminam, puta Titium pervenerit, eius filiam feudi incapacem eſſe, recte dicitur, cum pactum haſce ultra primam perſonam reſpicientis non extendatur ad alias perſonas fœminini ſexus, ne ſcilicet à contractus feudalis natura

40